

**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam  
Consummatissimi, Consiliarii Electoralis & Professoris  
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis  
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice  
locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

**Corvinus van Beldern, Arnold**

**Francofurti ad Moenum, 1708**

**VD18 10184902**

De bonorum Ecclesiasticorum usurpatione, aut subtractione. Tit. 3

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62028](https://urn.nbn.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62028)

8 Contra Ecclesiam Romanam, ex speciali Imperatorum & Pontificum Romanorum privilegio currit tantum centenaria præceptio  
can. fin. 16. qu. 3. c. ad audienciam. c. fin. eod. d. Auth. quas actiones. d. l. p.  
Cod. de Sacros. Eccles. Boër. decis. 264. num. 24. & 25. Corvin. in d. reg.  
possessor. part. 2. §. 2. num. 3. Balb. de prescript. I. part. 5. num. 15. con.  
seqq. Pinell. in Auth. nisi num. 27. Cod. de bonis maternis. Barbo. ad.  
num. 23.

## TITULUS III.

De bonorum Ecclesiasticorum usurpa-  
tione, aut subtractione.

## SUMMARIA.

- |                                      |   |   |
|--------------------------------------|---|---|
| 1. Bona Ecclesiae quibus             | 5. In quantum Canonis<br>debeant esse nota.                       | Bonorum Ecclesiastico-<br>rum Usurpationem ex-<br>curentur. |
| 2. Redigenda in Inventa-<br>rium.    |   |   |
| 3. Eorum Usurpatio veti-<br>ta;      | 6. Opem ferentes iudeo-<br>quibus Usurpatos pa-<br>nis subjacent. |   |
| 4. Usurpatores quomodo<br>puniantur. |   |   |

**I** **B**ona Ecclesiae à Bonis Prælatorum debent distingui: can. fin.  
manifesta. 12. qu. 1. & nota esse, non solum ipsi Prælates,  
sed & Canonicorum Capitulo: can. manifesta. d. conf. 10  
qu. 1. nec non Ecclesiarum Patronis, vel alii earum curam  
habentibus.

2. Redigenda propterea, coram Judice Ecclesiastico: Mor. dec.  
Delphin. 105. part. 1. Marta de Jurisdictione. part. 4. casu 122. num. 16. in  
inven-

Corynus  
De Personis  
et Beneficiis Ecclesiasticis

G T V.  
32

inventarium: can. 46. charitatem. 12. qu. 2. & in archivam depo-  
nenda. *Pia sec. de prax. Episcop. part. 2. cap. 5. art. 4. num. 2.*

*Usurpari aut surripere vetantur. can. monemus. cum seq. 12. qu. 2. 3*

Usurpatores, si laici, nisi restituant, excommunicantur: *can. qui- 4*  
*cung. cum seqq. can. 22. de rebus. 12. qu. 2. si ipsi Rectores Ecclesiarum,*  
*usurpare reddere jubentur: can. monemus. can. non habent. cum seq. d.*  
*caus. & qu. can. 1. caus. 12. qu. 3. surripientes, rapientes, invadentes,*  
*ut sacrilegi puniantur: can. nulli licet. can. predia. can. hæc hujus. in fin.*  
*can. in legibus. 12. qu. 2. can. qui oblationes. il. 2. in fin. 13. qu. 2. Decimum*  
*tract. crimin. lib. 6. cap. 30. in princ. & num. 10. Ecclesia vacante hoc*  
*facientes ipso jure excommunicantur. c. generale. de elect. Clerici, talia*  
*facere præsumentibus se non opponentes, à fructuum perceptione ipsa-*  
*rum Ecclesiarum, pro rata temporis quo in culpa extiterint, suspen-*  
*duntur. d. c. generali. Vacante Ecclesia, bona ejus occupantes, inter*  
*se dividentes, surripientes, dilapidantes, aut consumentes, ab officiis,*  
*& beneficiis, donec plene restituerint, ipso jure suspenduntur: c. quia*  
*sepe. de elect. in 6. Prælati præsentationem dignitarum vel beneficio-*  
*rum inferiorum obtinentes, tempore vacationis, bona in ipsis inventa,*  
*auto bvenientia, in usus suos nullo jure convergentes; si Episcopi sint,*  
*ab ingressu Ecclesiae; si non, ab officio & beneficio usque ad restitutio-*  
*nem suspenduntur: c. præsenti. de offic. Ordin. in 6. Boer. decis. 340. num.*  
*2. secundum Concilium Tridentinum sess. 22. de reformat. cap. ult. res*  
*Ecclesiasticas qualevisunque in usus suos convergentes, tam Laici quam*  
*Clerici, usque ad restitutionem, à solo Pontifice absolvendi, excom-*  
*municantur: vid. Villagut. de reb. Eccles. restit. lib. 2. cap. 2. num. 5. cum*  
*seqq. Sayr. de censor. lib. 3. cap. 31. num. 26. Reginald. in praxi fori pani-*  
*tent. lib. 30. tract. 3. num. 134. vers. 13. hodie censura Bulle Coenere*  
*retentiva innodantur; Glorit. resp. 12. num. 7. Barbos. jur. Eccles. univ. lib.*  
*3. cap. 29. num. 12. in fin. Ipsi Ecclesiae Patroni si fecerint, ultra prædi-*  
*cas poenas, jure patronatus ipso jure privantur: d. cap. ult. Concilii Tri-*  
*dentini. Gallet. in Margarita casuum conscientia. verb. Jus Patronatus pen.*  
*Leo in Thesauro fori Eccles. part. 2. cap. 21. num. 31. Virian. in praxi Ju-*  
*ris Patron. part. 3. lib. 15. cap. 3. Clerici beneficis privantur, ad alia be-*  
*neficia obtinenda inhabiles declarantur, à suorum Ordinum execu-*  
*tione,*

[Uu]

ne,

338 ARNOLD. CORVIN. De Benefic. Ecclesiast.

ne, etiam post satisfactionem integrā & absolutionem arbitrio Ordinarii suspenduntur. Concil. Trident. d. loco. Navar. in Manuali, cap. 13, num. 110. Reginald. in d. praxi. lib. 30. tract. 3. num. 254 in fin. Barb. d. loco, num. 14.

5 Adeo ergo Canones rerum Ecclesiasticarum usurpatiōē dominant & execrantur, ut crimen hoc sacrilegii poena, & excommunicatione, atque suspensione, interdicto, ac privatione, immo homicidio na, cor. 1. 12. qu. 2. dignum judicent. vid. can. Episcopū. can. xxii. 12. qu. 1.

6 Qui consilium, vel opem & assensum praestiterunt, nec non qui, cum deberent, se non opposuerunt, poenis similibus condigni julicantur. Barbos. d. loco, num. 15.

## TITULUS IV.

### De Bonorum Ecclesiasticorum alienatione.

#### S U M M A R I A.

1. Prohibentur Bona Ecclesiastica alienari. 6. Alienantis tamen quae  
Utroq. Jure. 7. Alienata à quolibet re-  
2. Quare. vocari possunt.  
3. Alienationis voce qua 8. Emotor, etiam bona fe-  
hic veniant. dei, restituere tenetur.  
4. Vetantur & alienari 9. Consuetudo in contrari-  
Ecclesia jura. um non valeat.  
5. Ejus servi manumitti 10. Pralati alienantur  
sed non semper. quomodo puniantur.  
11. Qui

Corvinus  
De Personis  
et Beneficiis Ecclesiasticis

G I V.

32